



## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

18. [i.e. 19.] De muliere ab ineunte ætate clauda, quæ cum in Ecclesia Embricensi coram imagine Deiparæ virginis prouoluta oraret, membroru[m] integritatem consecuta est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

*A ludo lusus Schelkropff statuaria fessa,  
Perstat, tentatur, igne crematus obit.*

Sunt quoque qui affir mant, peracto facin  
brachiū ipsius Schelkropffij diriguisse, neq  
hodiernum vñq; diem gramina istic loci,  
facinus admissum est succrescere.

*De mulere ab ineunte etate clauda, que  
in Ecclesia Embriensi coram inq  
Deiparæ virginis prouoluta oraret, mem  
rum integratatem consecuta est.*

C A P. X I X.

**M**Ultò aliam mentem habuit non  
multos annos in ciuitate Embri  
fœmina quædam Odilia wyeri  
ta, à prima etate clauda, quæ vel diuinorum  
vel sola animi pietate ducta, cù ad Ecclesias  
S. Aldegundis, quo poterat modo progre  
set, coram imagine S. virginis Deiparæ pro  
luta, preces suas in sinum pientissima manu  
effudit. Nec multò post exurgens, letabatur  
comperit se insperatam debilium mem  
rum sanitatem consecutam. Pulsatę moni  
cti miraculum, & populi lætitiam omnes  
panæ. Vedit autem eandem mulierem &  
dam & membris integrum, ipsumque can  
narum pulsum audiuit probatissima quæ  
matrona Anna nuper in Domino defun  
cta, propinquo cognationis gradu con  
cta, alijq; insuper testes rem suis sermonibus  
confirmauerunt. Eadem matrona vidit eam  
imaginem vberimè lachrymantem, zed

religioso quodam viro lachrymas abstergente, nouæ defluerent, & pectorale madefaceret. Pulsatæ ob facti miraculum omnes eo tempore campanæ. Contigit autem circa annum Domini 1527. Incipiebant id temporis grassari diuersæ hæreses, quarum occasione hodie vniuersum Belgium miserè ac fœdè turbari videmus. Ultima est ducatus Cliuensis ciuitas istic loci Embrica, ditionibus tumultuantibus contermina, quæ videtur tunc precibus Deiparae virginis obtinuisse, vt sit turbarum & seditionum limes & pessulus, ne procellæ turbarum in ipsam vel ultra illam tam furioso impetu inundent, quâto in ipsum Belgium etiamnum defœuire conspiciuntur. Sic legimus olim D. Stephanum visum esse pro ciui-

*Greg. Turo.  
tate Merensi, Oniam quoque & Hieremiam lib 2 c. 6 hi-  
pro populo Iudæorum intercedere, aliosque ster. France.*

complures sanctos, vti videre est libro 4. huius operis cap. 22. & sequentibus.  
*De quodam, qui Augustæ Vindelicorum ima-  
ginem D. virginis matris violans, in furias  
actus interigit.*

## C A P. X X.

**A**nno 1536. Senatus Augustæ Vindelicorum instigantibus nouæ doctrinæ preconibus, vniuerso vrbis clero mandauit, vt ante Solis occasum vrbe excederent. Eadem igitur die circa horam undecimam reuerendus & nobilis vir D. Philippus N. Decanus Ecclesiæ Cathedralis, templum idem cui præ-

O 3 erat,